

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. XIX. Vlula; Vwel, Huhneüle; Kirch Eüle; Noctua; Aluco mas
hiw; Vlula alia; Noctua, Kaüslein; Steinkauz; Saxatils, Strix.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068



Vhula.

Vhula.



Vvel. Huhu. eule



Noctua.



Aluco.
mafhiw.



Vhula alia

Noctua

Kauslein.

Strix



Noctua
Steinkauz.



Saxatils



Lucas.
e Plin.
N. l. 1
c. 12.

f Ouis
Epif.

g Plin.
N. l. 2
c. 4.
Cibut.
h Arif
A. l. 8

i Plin.
c. 12.

Defes
pio.

† Ar
Dipn

a Pl
N. l.
cap.
b O
in Cy
* Ail
c Al
Orn
g. c.



Locns. *Locum si species*, desertae e incolit
Plin. H. nec tantum desolata, sed dira etiam
N. l. 10. et inaccessa. Inter sepulcra etiam
c. 12. diu noctuque uersatur, aliquando
 propter mures et iuxta horrea re-
 peritur. Coetum aliarum auium
f. Ouid. in fugit. Hinc folicana et deuia *f. uo-*
Epist. citatur. Nidulatur in altissimis rupi-
 bus, ne foetum iniuriis exponat et,
 ut securius ad praedam euagetur.
 Ouum eius Plinii tempore uix uisum
g. Plin. H. g est, nostris non adeo rarum.

N. l. 29. *Cibus* ipsi *b* carnes auicularum,
c. 4. cuniculorum et leporum. Tantum
Cibus. praedae, dum pullos educat, con-
h. Arist. H. gerit, ut et uenatoribus satis lucr-
A. l. 8. c. 8. adferat. Templi noctu frequenta-
 re, ut se oleo ex lampadibus ingur-
 gitet, uix credi potest. Noctu au-
 tem uictum quaerit et subluſti crepe-
 ro gaudet in uespere. Vnde nocti-
Plin. l. 10. canicana et *i* noctis monstrum uoca-
c. 12. H. N. tur. Si diuturno tempore prodeat,
 ab aliis auibus seu uisu insolens con-
 uellitur. Roboris est magni. Vi-
 sus et feroces canes abegisse et cum
 aquila depugnasse. Si se uiribus
 imparem sentit, in dorsum supinus
 procumbit unguis ac rostrum
 sic aduersum erigit, ut hostium
 nullus accedere audeat.

Quantum ad uolatum *k*, uix mo-
Volatus. uet natas per intertia brachia pen-
h. Ouid. l. 5. nas, nunquam uolat, Iquo libuit,
Metam. sed transuersus. Hebetes ipsi inter-
Plin. l. 10. diu oculi, minus tum, quam noctua
c. 12. uidet. Non cantu *m* aliquo, sed ge-
Plin. l. c. mitu uocalis est et bubulare, quod
 Graecis est *βούλεν*, dicitur.

Vsus eius est tum in aucupio, nam *Vsus.*
 et auiculae, dum eam interdum cir-
 cumuolant et percutiunt, facilli-
 me retibus capiuntur et Galli *n* eius-
Plin. H. dem opera miluos uenantur, tum *N. l. 26.*
c. 4. in cibo, a quibusdam enim editur,
 tum in medicina. Cerebrum uul-
 nera cum adipe aserino glutinat,
 cum aphronitro scabiem sedat. San-
 guis asthmaticis est utilis. Cor
 eius, si impositum *o* mammae mu-
Plin. H. lieris dormientis sinistrae fuerit, ut
N. l. 29. c. omnia secreta pronuntiet, si axil-
4. lae, ut canes obmutescant, effice-
 re, sed falso tradunt. Creditur, *p* p *Joseph. l.*
 Agrippae Romae captiuo primo *8. Antiq.*
c. 8. regnum cum libertate post mortem
 portendisse, Chingis Canum ab ho-
 stibus uictum quasi seruasse, ideo
 a Tartaris honorari, serenitatem
 denique, si totam noctem ceci-
 nerit, portendere,

CAPVT II.

De Afione seu Oto.

Descri- *A* sio seu otus forte ab auribus, qui
pno. Alexandro Myndio apud Athe-
 naeum lagotia, quod aures lepori-
 nas habeat, aliis apud Aristotelem
nyctiorax, quia buboni per omnia,
 magnitudinem si excipias (magnitu-
 dine columbae esse scripsit *†* Athe-
† Athen. l. naeus, quod de maximis intelligen-
Dipnosoph. dum,) est similis, ternos quoque di-
 gitos habet anticos, posticum unum
a Plin. H. (male noctuae similem *Plin. a* dicit,
N. l. 10. male et Caza *τον σκώπα* per asionem
cap. 13. apud Aristotelem uertit et Oppianus
b. Oppian. b cum * Athenaeo otum cum otide
in Cyneget. confundit) bubonem sequitur. Al-
** Athen. l. 9.* drouandus *c* binos describit. Priori
c. Aldrou. caput erat auribus, uelut cornibus
Ornithol. l. plumeis insignitum, cinereo, Bae-
8. c. 3. tico diluto et nigro ad supercilia us-
 que et nares propemodum colore

uarium. *Facies* tota anterior e cine-
 reo candicabat minutissimis plumu-
 lis, ueluti pilis tota obfita. *Corpus* to-
 tum e cinereo seu leucophaeo ad fer-
 rugineum dilutum uergebat, ma-
 culis ubique fuscis conspersum
 tam maiusculis, quam punctorum in-
 star minutissimis. Per uentrem no-
 tae fuscae in longum recta duce-
 bantur et in acumen definebant
 etc.

Alterum semipalmum in longitu-
 dine minus, fuluum Aldrouandus ad-
 pellat. Toto propemodum anteriori
 corpore maculas fuscas in longum
 protensas et singulis plumis albican-
 tibus decusatas, ut crucis aut lili
 Francisci referrent figuram, habe-
 bat. *Crura* et pedes ad unguis usque
 hirsuti, uti totum corpus, flauisce-
 bant.